



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quomodò scriptura proponit nobis Christu[m], vt exemplu[m] vitæ & operum quod imitari debemus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**



deoq; totū Euangeliū admonet nos, & offert Christum cū omnibus donis suis, vt veniamus & credamus, & accipiamus Christū cum omnibus bonis suis. Hęc est maxima consolatio conscientię, scire Christum esse suum propriū cum omnibus bonis suis.

Scriptura proponit nobis Christum vt exemplū, quod vita & opere imitemur, vt quemadmodum in Christo cernis quod ipse ieiunauit, orauit, hominibus charitatem ostendit, iuuuit in necessitatibus: sic tu etiam facias proximo tuo, illi seruiendo, benefaciendo, sicuti tibi fecit ipse. Hoc quoq; admonet Apostolus, Ro. 15. Vnusquisq; vestrum pximo suo placeat in bonū, in edificationem: Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est Psalm. 67. Improperia inimicorum tibi ceciderunt super me. Sic Matt. 11. inquit Christus: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. & 1. Pet. 2. Christus pro nobis passus est, (in hoc scilicet est donum & gratia) vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: scilicet sicut ipse non peccauit, ita nec nos peccemus mortaliter superbia, auaritia, &c. Nec dolus fuit inuentus in ore eius. Sic nec in tuo erga proximum, cū maledicere tur, non maledicebat: cū pateretur, non cōminabatur, &c. hęc vestigia sequi debemus & nos. Præterea quod ieiunauit, corpus castigauit, vigilauit, &c. Sic nos quoq; faciemus, Lu. 21. Videte ne corpora vestra grauentur crapula. Summa, de omnibus dictis, factis & virtutibus Christi debemus exemplū accipere & illud sequi: ipse fuit patiens in passione, sic & tu in infirmitate & passione, Esa. 53. Sicut ovis ad occisionē ducta, non aperuit os suum, &c. neminem contempsit, cū peccatoribus & publicanis manducauit. Mat. 9. & Luc. 19. nullum infirmum abhorruit, sed tetigit & sanauit leprosos, Matt. 8. Patri obediuit vsque ad mortem. Sic nos obedientes esse debemus superioribus, 1. Pet. 2. Subiecti estote &c. Omnis igitur Christi



actio, nostra est instructio: sic quoque ipse iubet esse nos misericordes, sicut pater suus cœlestis misericors est ad remittendum & dandum, Matth. 6. Lucæ 6. ut simus filij patris qui in cœlis est, & hoc totum propter Deum fieri debet, propter dilectionem Dei, & acceptationem beneficij Christi in gratiarum actionem. Ethnici enim & gentes, ex naturali amore benefaciunt suis amicis & assentatoribus: nos autem propter patrem in cœlis, ut simus filij eius: & ipse pater cognoscit, quia ad laudem ipsius nos omnia facimus, ille reddet in abscondito. Sic quoque accipere (*fassen*) oportet Christum, ut sequamur illum in virtutibus, quia cōversatione & sanctis operibus: aliàs sequetur quod apud Lucam 6. dicitur: Quid vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico vobis? Ergo verbis credere debemus, ac vitam sequi, hoc est, totum Christum accipere: Si quis autem dicat, Ego diligo Deum, credo Christum esse mihi donum proprium & c. proximum autem suum oderit, hic mendax est, 1. Ioan. 4. Ergo qui non sequitur Christum tanquam exemplum, parum proderit ei dicere: habeo Christum donum salutis Tit. 1. Confitentur se nosse Deum. Et Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei, & c.

- Euangelium prædicatio est, per quam Christus ad te venit, & tu ad ipsam adduceris. hoc autem sic contingit, quando audis vel legis, quod Christus huc vel illuc venit, aut quod aliquis ad ipsum adductus est, ut Marc. 7. cap. cum adducerent ei surdum & impedita linguæ, & c. & sic cum illo & illo fecit, scire debes quod hoc ipsum offert, id est, illam sanitatem, loquelam, auditum, & c. tibi verbum & factum Christi, quod ibi legis & audis. Si hic sistis, & permittis tibi benefacere, & credis quod & tibi beneficiat, & te adiuvet, & velit te, sicut illum, iuvare, tunc certo habebis. Est

bis. E  
cax i  
dat le  
num,  
nem.  
tingu  
sic leg  
nus h  
passio  
solem  
nam n  
gis au  
cipit &  
missio  
bona &  
postoli  
cia nur  
nale an  
faciat.  
& infr  
& obed  
propriu  
aliqu  
ap

1. U  
nob  
hic  
2. Q  
3. U  
fil